



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

10. An sit casus in quo communicare quis sine confessione, & item sine contritione, atque adeo in peccato mortali possit.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

cum quis sibi persuadet se non esse in peccato mortali, deponendo practice dubium, sed etiam, si quis putat ex ignorantia aliqua invincibili licere sibi sine mortali peccato cum illo dubio recipere hoc Sacramentum: id enim non erit irreverenter formaliter, sese gerere in recipienda Eucharistia, & evitabitur peccatum. Quod si illud peccatum dubium, sit certum coram Deo, esto quod fortasse non recuperabitur gratia, satis tamen hic nobis est, quod non committatur novum peccatum, ut in simili dicemus *infra* §. 10. n. 17.

69. Denique id ipsum affirmamus si hic dubius de suo peccato dubium practice deponendo, eliciat actum contritionis, & postea communicet: jam enim ex una parte non se gerit irreverenter, quia putat se esse in statu gratiae, & ex altera parte non obligatur ante Communionem fateri peccatum dubium, cujus (in casu posito) non est ullo pacto conscius.

70. Quare hominem habentem dubium alicujus peccati mortalis, sine ullo periculo peccandi existimo accedere posse ad Eucharistiam, etiam non praemissa confessione in casibus explicatis: puta cum deponitur practice dubium vel per ignorantiam invincibilem creditur id esse licitum.

§. X. An sit casus, in quo communicare quis, sine confessione, & etiam, sine contritione, atque adeo in peccato mortali possit.

71. **H**ic facere videntur ea, quae num. 36. & 37. diximus de non potente elicere actum Contritionis: cui nihilominus dimidiatam confessionem exhibere concessum sit: sed tamen fortior nunc est casus: agimus enim de eo, qui nec contritionem elicendi virtutem habet, nec confessionem ullam, etiam dimidiatam, agaudere potest.

Tam benigna sunt viscera Misericordiae Domini, ut non dedignetur excusare aliquando perveraciam nostram. Invenio enim unum, vel alterum casum in quo quis purissimam Communionem pro peccato sumere, sine peccato possit.

72. Etenim, ex supradictis constat, Sacerdotem qui, incepta bona fide Missa, recordatur se mortalis culpae reum, debere elicere actum saltem à se existimatam Contritionis. Sed jam si non possit, seu experiat actum illum sibi valde esse difficilem, quid agat? Confiteri non potest, conteri nequaquam valet, Sacrificium inchoatum relinquere, ob infamiam inde sibi resultantem, difficillimum est. Quid ergo ab anima sic affecta superest extorquendum? Probabile esse ex aliquorum sententia iudico, hunc non peccaturum mortaliter si cum huiusmodi conscientia peccati mortalis, & cum eo dolore, quem tunc potest elicere, Missam prosequatur, consecraret, communicetque. Ita Vasq. de Euchar. disp. 207. cap. 1. n. 34. Hurtad. disp. 9. de Euchar. diff. 1. Delugo in Sac. d. 9. sect. 1. num. 8. Ratio est, quia praeceptum dignè communicandi non videtur tam arcte Fideles astringere, ut cogat Sacerdotem, cum tanto suo dedecore, ab incepto sacrificio desistere. Tunc autem huiusmodi Sacerdos non acquiritur gratiam, sed tamen non peccabit.

73. Idemque erit de Laico, qui jamjam recepturus sacram sinaxim ante linteum, nec sub aliquo praetextu sese removere valens, peccati mortalis recordetur, nec conteri possit. Ita ibid. Par enim est ratio. Notent hanc doctrinam scrupulosi, animoque semper timidi: Ut notat pro scrupulosis S. Bonavent. apud Bonacin. disp. 4. de Euchar. quest. 6. p. 1. n. m. 19. qui, quamvis verè eliciant Contritionis actum; nonquam tamen se eliciisse sibi persuadent.

74. Quid si Sacerdos, de quo loquimur, posset uno ex sequentibus modis ab incepto sacrificio desistere? Nam si esset v. g. in Sacello privato, Missa ministro puero solum assistente à quo notam pari non esset valde laborandum, cum sine gravi infamia ab Altari sese subducere facile posset, obligantur ne se subducere: Deinde

si posset deliquium simulare, vel quid simile, illud similem fictionem obstringemus.

57. Respondeo ad ejusmodi deliquij praetextum stare illum non possum: quia est remedium nimium ordinatum, ac pluribus inconvenientiis obnoxium, quod non tenemur: illud de puero sic temere, posset Sacerdos de illo si: quocumque alio minime, speique haberet, intra tempus competens colligendi, atque adeo se conterendi, existimaret Sacerdotem vel non curate Missam aliquantulum dare, vel aliud, si facile posset, ministrum, intra competens tempus, reditum, remittere: relinqueret Sacrum nullo modo approbo. Ratio est, quia in modo salvatur infamiae nota, in posteriore nota, nam minister, quamvis unicus, & licet puer, posset obloqui contra Sacerdotem sacrificium impentem. Multo magis id non esset faciendum, si consecratione, ne sacrificium imperfectum relinqueretur.

76. Jam vero alium casum afferunt Doctores, disp. 14. de Euchar. sect. 1. num. 3. Diana p. 5. tract. 3. sine, in quo excusatur à sacrilegio peccator, si communicet. Nam si v. g. irruente Paganorum, vel Haereticorum multitudine in Ecclesiam, timeretur Sacram Eucharistiae contemptus, tunc Fidelis quicumque stans in mortali, nec illa subita irruptione posset facile conteri, posset, imò addo libens, quod ad vitandam injuriam, quae timeretur tanto Sacramentum obloqui: sicut etiam posset, deberetque communicare. Imò ex Vasq. apud Delugo de Euchar. d. 5. sect. 1. num. 87. & Laico Sacratissimum Christi Corpus idemque instar Mariae Scoticæ Reginae, (de qua Delugo disp. 58. sect. n. 15.) suis se manibus communicare, sine ulla hesitatione, in similibus casibus licet.

§. XI. An liceat Laico quotidiana Communio.

77. **H**ic reducimus difficultatem hanc, quia ad Communionem adeo frequentem magna certitudinalis dispositio requiritur.

Jam, licet Communionem quotidianam Laici uxurato, imò eam vetare illi nec Confessarius, nec Superior possit: quia eam Christus Dominus, contra qui peccati mortalis sibi confici non sunt, à se magno, sive cum parvo devotionis affectu, liberè concessit, docet cum paucis Joannes Sanchez de disp. 23. Negat cum aliis multis, Joannes Delugo de Euchar. sect. 2. solumque concedit maximo spiritui accensis, Sanctaeque Catharinae similibus. Quos, si haec quaestio laetè discussam videtur in eo est. Nos breviter negantem sententiam amplectimur: putamus id cedere majori reverentiae debere Christo Domino, ac Regi nostro. Affirmans opinio illud à Confessariis obtineat, ut Fidelibus Sacrum Communionem appetentibus, sive etiam solum petentibus, se in posterum exhibeant.

CAPUT II.

De dispositione corporali requisita ad Sacratissimam Communionem.

§. I. De Munditia à pollutione, vel copula.

1. **P**raemitimus tanquam certum, non esse mortale post peccatum ritè poenitentiam de peccato, sed etiam, quo patratum est, die, communicari: enim, sic, non indigne graviter ad Sacram Eucharistiam acceditur. Ita Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 13. qui dicat Navar. in Manual. cap. 21. n. 51. putans esse mortale etiam post confessionem debitam, qui tamen in a. ed. mutavit sententiam.

2. Porro, quo ad decentiam: Pollutio involuntaria neminem ex his, qui bene affecti sunt, circa spirituales